

Letter 462: 26 January 1532, Constance, Capito to [Conradus Pellicanus]

The autograph original of this letter is in Zurich ZB ms. F 47, f. 6.

Gratiam et pacem. Dedi operam, ut hic in procinctu munusculum pro uxore tua compararem, sed nox intervenit. Annotabo tabulis acceptorum ne oblivionem debiti, tempus inducere queat. De amicitia tua et amicorum habeo gratiam. Omnes fautores adsalutabis peramanter meo nomine. Conturbavit me libellus domi relictus, itaque ministro tabernarii sum oblitus, de curato equo premiolum persolvere, quod per equitem hunc publicum mitto. Cogito, quorum abiens admonueram, quod levitate ex inimicis amicissimos facies, asperitate vero amicos in hostes ne temere convertas periculum est. Densandus est et noster exercitus, postquam hostium castra milite abundant. Bene vale. Constantiae. 26 Ianu. anno 1532.

V. Capito tuus.

Commendo ad curiam Elvetiorum has literas, tuis inclusas, vel adiunctas mitte.